

# The Electronic *Manipulus florum*

[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

## Contemptus k cum fonte primo

Contempne diuicias et eris locuplex,  
contempne gloriam et eris gloriosus,  
contempne supplicia inimicorum et tunc eos superas,  
contempne remissionem et quietem et tunc eam recipies.

Crisostomus super epistolam ad Hebraeos  
sermone XXV.

Solve teipsum, inquit, primo servitute, et tunc accipe:  
ne sicut servus accipias, sed sicut dominus:  
contemne diuitias, et eris locuples;  
contemne gloriam, et eris gloriosus;  
contemne supplicia inimicorum, et tunc eos superas;  
contemne remissionem et quietem, et tunc eam accipies,  
ut cum eam acceperis, non ligatus accipias,  
neque sicut servus, sed sicut liber:  
sicut etiam infantulis parvulis fieri cernimus.

Iohannes Chrysostomus, *In epistolam ad Hebraeos  
homiliae Mutiano scholastico interprete*, 25 (PG 63,  
col.391/392).